



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæst. 1. An de omni verbo ocioso ratio reddenda?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

habent in seipsis substantiam, sed quia Deus omnia que con-
didit, gradibus suis condidit, generibusque distinctis, celestia &
terrena immortalia atque mortalia, & omnia bona in subje-
cto condidit: animam habentem liberum arbitrium, sub je-
cto & supra cetera collocavit: ut si serviret superiori, domi-
naretur inferiori: si autem offenderet superiorem, penam ex in-
ferior sentiret. Hoc ergo Dominus dicens aut facite illud, aut
facite illud: ostendit esse in potestate, quid facerent, ipse securus
& certus in seiatquam Deus. Et quia si bonum eligerent, præ-
mium eius acciperent, si malum eligerent, penam eius sentirent:
semper autem illi inustus est aut remunerator aut damna-
tor. Audi ergo iam quemadmodum Manichæus ipse tam per-
vertit, quam superbus, ut aliam introductus naturam, se aqua-
lem Deo faceret, Deum ad seipsum deponeret, confessus sit ta-
men esse liberum arbitrium: in thesauro vestro cui tale nomen
ad decipiendos homines indidisti, certe sic loquitur, quod & tu
non cognoscis. Hi vero qui negligentia sua à labe prædictorum
spirituum purgari se minime permiserint, & mandatis di-
vini ex integro parum obtemperaverint, legemque sibi à Deo li-
beratore datam plenius servare noluverint, neque ut debebat sese
gubernaverint, &c. Vides in his verbis confirmatum esse, et-
iam a nesciente quid loqueretur liberum arbitrium. Qui enim
servare legem non vult, in potestate eius est, si velit. Non enim
dixit non poterint, sed noluerint: hoc certe quod nolunt ser-
vare legem, non à gente tenebrarum coguntur: si enim cogun-
tur, non nolunt, sed non possunt: Si autem nolunt, non vitig-
coguntur ut non faciant, sed voluntate sua nolunt. Hoc ergo
cogit in eorum voluntate est ut nolint. Peccatum est certe sine
aliqua necessitate gentis tenebrarum. Hoc agnosce esse pecca-
tum sine necessitate gentis tenebrarum. Et inde vides unde ve-
niant omnes culpe, unde merita culpæ, unde distributiones
penarum.

§. 3. Quod tanquam diuinum responsum nostris
secularis merito considerandum damus, & sane aliqui
eorum recte considerarunt, vt videtur est in Arminio
ad articulos sibi impositos. Feede de prauauit Me-
lancthon locum illum. [Quoad hic viuimus, du-
pliciter arbores sumus, semper & dum caro est, sunt re-
liquiae peccati, sed fructus mali non imputantur bo-
nis, eo quod credunt in Christum. Affectum tam po-
test mutare homo quam vulpes pellem. Breuiter se-
cundum naturam suam non potest homo nisi ma-
lum.]

Arbores nō
semper ma-
la.

Respondet: si duplices arbores, bonæ igitur & malæ, seu partim bonæ partim malæ. Igitur & fructus aliqui boni, alii mali. Si enim fructus tantum malus, arborum tantum mala. Ex fructu enim semper malo, non potest arbor iudicari bona. Deinde quam carnal, quam pendens in illud profanis cordibus inscriptum. Fructus malos non imputari bonis, eo quod credunt in Christum. Hoc est, nullum flagitium in eo ponit, qui credit in Christum. Tertio, Non ita natura corrupta est, ut nihil possit, nisi malum; Virtutes morales multorum infidelium, etsi Deo gratæ non fuerint, non tamen damnabiles censendæ sunt. Nam certe ratio & quidem appetitus, seu naturalis inclinatio infusum, & honestum, a Deo est, ideo bona & actiones inde procedentes honestæ.

Non omnia
sunt peccata, quæ
gunt mali.

VERSUS 34. 35.

Progenies viperarum, quomodo po-
testis bona loqui cum sitis mali, ex
abundantia enim cordis os loqui-
tur? Bonus homo de bono thesau-
ro profert bona, & malus homo de
malo thesauro profert mala.

QVÆSTIO I.

An non possint bona loqui mali?

§. i. **P**rogenies viperarum venenatâ linguâ semper
sibilat; malus mala loquitur, Bonâ loqui non
potest, si naturâ suâ contentanèe loquatur. Potest lo-
qui pia, fortis, plena salutis, verum non ex animo illa
procedunt, verba illa laborum sunt, non cordis. De
Phariseorum calumniis agit, quos plenos odio, ira,
invidia, contentione, auaritia, suspitionibus, non mi-
rum erat mala de Christo loqui, hoc erat ex propriis
loqui.

Annis mille iam peractis
Nulla fides est in pactis
Mel in ore, verba lactis
Fel in corde, fraus in factis.

§.2. Thesaurus bonus est, animus sanctus, virtute præditus. Thesaurus malus animus impius. Alius thesaurus non proficit, nisi qui reconditus est, aut si avarus; fucatus ille, & adulterinus est. Si vera sunt bona quæ profertur, non ex eo thesauro, sed aliunde procedunt. Thesaurus bonus, bonæ cogitationes: malus, malæ. Non fuit Bezæ causa, cur mutaret, & pro *potestis*, poneret *possetis*. In Græco enim eadem mutatio faciendâ f. isser. Allendit ad verba Ieremiæ 13. 23. *Si mutare posset aethiops pellem suam, aut Pardus varietates suas in* & vos poteritis beneficere, cum dulciteritis malum.

Theſaurus autem in bonam & malam partem accipitur, hinc probe: bio dictum eſt, *ἡ θησαυρός ἀνὴρ ἐξ ἐξες*, Theſaurus carbones: Ex redundantia, *καὶ ἔσθ' ὡς ὕαλτος*, oſoquitur; quāuis autem aliquādo deſolentia animis & lingua, horum tamen ea erat malitia, vt bonum de Chriſto loqui non poſſent, & ſi forte id facere viderentur, ſimulare blandiebantur vt nocerent.

Basilius Reg. breu. interrog. 28. Animi vitia non omnia manifesta omnibus sunt, ne ipsi quidem illis, in quo insunt, re-
sunt in corpore. Vt igitur in corporibus, qui habuimus peritum reser-
tunt, signa habent quædam occultorum, & illius ipsius, in qui-
bus illi insunt, sensum fallentium morborum: sic similiter in a-
nimo etiam, esto qui peccat, est morbum suum ipse non agnoscat,
credere tamen Domino debet, qui & ipsi & cæteris filiis suis af-
firmavit, malum hominem de malo thesauro suo, cor de videri-
cet, proferre mala. Etenim qui malus est, is bonum aliquid di-
ctum, factumque sæpe numero, etiam si conetur simulare, pro-
ferre non potest. Bonus autem vi malum aliquid simulet, hoc
vero prorsus fieri non potest. Proidentes enim bona, inquit,
non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Loquitur
de verisque secundum suam animorum disposi-
tionem agentibus.

VERSUS 36.

*Dico autem vobis, quoniam omne
verbum ociosum, quod locuti fue-
rint homines, reddent rationem de
eo in die iudicii.*

QVÆSTIO I.

An de omni verbo ocioso ratio reddenda?

§. 1. Connexio est facilis. Etenim cum magnates
 Cinsito superbia virio, facile de pauperibus
 male contempnuntque loquantur, nec id in censu pec-
 catorum computant; Eos enim populi fœces, filios
 terre, seutras arbitrantur, famam eorum nullius as-
 stimant, ostendere voluit peccati illius magnitu-
 dinem. Si enim de omni verbo ocioso reddenda
 est ratio, quanto magis de malitioso, noxio, detre-
 ctato-

*Occasio do-
 ctina de
 verbo ocio-
 so.*

Malus ex
prauitate
sua mala
loquitur.

Thesaurus
duplex.

Occasio de-
ctrine de
verbo occi-
so.

clatorio, irritatorio, obsceno? Dictionem *ἀργόν* aliqua exemplaria omittunt, alia eius loco substitunt, *προνή-
ρον*, *malum*: Verum exemplaria plerumque habent *ἀργόν*,
ociofum, & ita omnes interpretes, vsq; Ecclesiae vt in-
sanum sit velle mutare. Possent quidem Pharisei ex se
coniecturam facere quanti Christo facta fuerit, cui ipsi
admoniti tam atrociter sauiant: quod hodie etiam
fieri videmus; si enim diuitem aut magnatem verbulo
offendas, minimum eius vitium, & conspectissimum
reprehendas. *Propterea ingentes sunt inimicitiae*. Illi vero se
impune maledicere pauperibus posse putant.

Quid verbi
ociofum.

§. 2. Verbum ociofum est, quod nullum hone-
stum finem habet nec profertur, vt vel pro fit vel ob-
fit, vel proximo, vel loquenti, nec Dei gloria in eo
quaeritur: Tertull. de patientia, vana & superuacua
colloquia vocat.

§. 3. Hoc verbum in extremo die iudicabitur, &
pœna dignum censetur: quia malum est, cum nec ex
natura sua, nec intentione dicentis in bonum finem
dirigatur. Ociofa verba reprobatorum æternum puni-
untur, aliorum, quæ remissa non sunt ipso terrore
iudicii imminenti, in illis qui viuunt:

Non saluat
sola fides.

§. 4. Non solum factorum, sed & dictorum red-
denda ratio. Quomodo igitur fieri potest, vt sola fides
reddat securus? fideles etiam ociofa verba proferunt,
igitur & de illis ratio reddenda est.

Esse venia-
lia peccata.

§. 5. Bellarminus l. 2. de amissione gratiæ & statu
peccati c. 9. Hinc probat esse quædam peccata venialia:
De quibusdā peccatis mitius scriptura loquitur quam
de aliis vt Matth. 12. de omni verbo ociofo rationem
reddent: de aliis ibunt in ignem æternum, si verbum
ociofum miles, milles ignem æternum meretur, si
vnius verbi ociofi minima cogitatio tantū est facinus,
& mirum sit propter eam totum mundū non funditus
euersum, Cur non etiā dixit Dominus, ob omne verbū
ociofum homines proiciantur in tenebras exteriores?

„ Obicit Pareus. [Causa est, cur mitius loquatur
„ scriptura, non venialitas, sed ad alta inæqualitas. Quia
„ non poterunt de vno rationem reddere, ibunt ergo in
„ ignem æternum.]

Respondeo. Iam Beza istam causationem præcidit,
si enim tam graua; scriptura mitius loquens decipit.
Rationem reddere, & damnari immani distant inter-
uallo. Si ociofum verbum (inquit Hieronymus)
quod nequaquam ædificat audientes, non est absque
periculo eius qui loquitur, & in die iudicii redditurus
est, vnusquisque rationem sermonum suorum, quan-
to magis vos qui opera Spiritus S. calumniamini?
neque si rationem reddere non poterunt, ibunt in i-
gnem æternum, sed pro ratione delicti punientur,
non omnis in ratione error inimicum Deo facit, nec
ita sentit Deus, vt alioqui amicum, & veræ caritati im-
mortalitatem ob verbum ociofum æternum abdicet,
& inferorum cruciatibus mancipet.

VERSVS 37.

*Ex verbis enim tuis iustificaberis, &
ex verbis tuis condemnaberis.*

QUESTIO I.

An ex verbis iustificemur & condemnemur?

Verbi ius-
tificatio & da-
mnatio.

§. 1. Magnam verborum rationem ducendam esse,
Christus terribili illa sententia docuit. Nam
ex verbis veris, sanctis iustificabimur, ex impiis, male-
dicis damnabimur. Quidam putant Phariseos verbo-
rum peccata non aestimasse. Quod hactenus verum
puto, vt sua impia & maledica verba in alios patui pe-
penderint, non autem, vt in genere negarint, blasphemias,
obrectationes, maledicta, non esse peccata;

Christum enim de blasphemia aliquoties accusari
Tertullianus contra Marcion. l. 2. c. 26. Ex ore tuo
habet, & hanc doctrinam confitentorum delictorū
in Caino initiatam, & nobis exemplum condi-
tum esse docet.

Martinus Delrio etiam aduersariotum iudicio do-
ctissimus, dum exponit illa verba: *Mors & vita in manu
lingua*, hunc etiam locum recte adiungit. *Mors & vita
in manu lingua*, hoc est, in arbitrio, potestate, & vsu lingua, si
bene voles vti, id tibi, hic & in altero saculo proderit, si male,
sape hic, semper ibi futurum exitio. Nonne Christus Dominus
asserit: *Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemna-
beris* Matth. 12. 37. Et Iacobus frater Domini asserit ex ipso ore
benedictionem & maledictionem procedere Epist. canon. 3. 10.
supra 13. 2. de fructu oris sui homo satiabitur bonis.

QUESTIO II.

An verba, non sola fides iustificet?

§. 1. Ita Christus pronunciat, si igitur magna sit fides, bona
mala autem verba, iustitiam tollent, damnatio-
nis reum facient. Itaque calumniatorem non seruabit
sola fides, ex verbis enim suis condemnabitur. Beza
respondere conatur. [Iustificaberis] *δικαιοσύνην*, id est,
absolueris. Opponitur enim *τὸ κατὰ δυνάμειν*. Itaque
inepti sunt, qui ex hoc loco & similibus conantur o-
perum iustitiam (id est qualitatem, qua in nobis co-
ram Deo iusti sumus) stabilire: quum iustificari hoc lo-
co nō significet iustum fieri, sed iustum declarari. Di-
uersum autē est illud ex quo iusti sumus, ab ipsius iusti-
tiæ testimonio: & Paulus præsertim ex tota scriptura
testatur nos, quum in nobis iusti non simus, in Christo
tamen (qui est iustitia nostra) per fidem apprehensos,
iustificari, id est pro iustis censerī ac proinde absolui.

Respondeo: Agi hic de vera absolutione, quæ fit
in extremo die iudicii, coram Deo, teste & iudice Deo,
qua quidem in re omnes conueniunt omnino. De-
inde exponendum est iustificari vel iustum fieri. Vel
iustum a Deo iudicari, qua de re iam non disputo, vt
verò obtineam quod isti nolunt, ex eorum eos inter-
pretatione conuincam. Iustificari aiunt, iustum pro-
nunciari, cui opponitur condemnari. Deus vero non
ex sola fide iustum pronunciat, sed etiam ex verbis, sic-
ut nec ex sola infidelitate condemnat, sed etiam ex
verbis, vt patet ex Christi verbis discretissime prolatis.
Non ergo ex sola fide iustificat; sed etiam ex verbis
nam iustificare aiunt esse pronunciarī iustum.

Nec ad rem est quod ait Beza, diuersum esse id ex
quo iusti sumus ab ipsius iustitiæ testimonio. Neque
enim nos hoc controvertimus. Quis enim nescit, ali-
ud esse pietatem, aliud testimoniū pietatis. Sed hoc
virgemus, irrefragabili æternæ veritatis testimonio, nos
declarari iustos ex verbis. Hunc enim in modum ar-
gumentamur. Ex quo nos Deus declarat iustos, ex eo
iusti sumus, ex quo declarat iniustos, ex eo sumus ini-
iusti. Ex verbis nos declarat iustos, vel iniustos, ex eo
ergo iusti sumus vel iniusti. Nec respondere possunt;
Ex verbis nos censerī quidem iustos, sed non esse: si
dem enim imputari pro iustitia. Hæc enim responsio
pueriliter in se ipsa impingit, seque elidit. Si enim ex
verbis iusti censemur, non ergo ex sola fide, sed ex ali-
quo opere. Illi autem ex sola fide nobis imputari iusti-
tiam contendunt, nec nos censerī coram Deo iustos, si
nili ex sola fide. Imo opera omnia esse peccata morta-
lia, non igitur ex illis iustificari nos posse. Ideo negant
nos ex operibus esse iustos, aut censerī iustos. Verba
autem, cum de operum iustificatione disceptant, et-
iam operum nomine comprehendunt.

Hinc apparet quid Christo opponant; ille ait. Ex
verbis tuis iustificaberis. Illi vero; Ex nullo peccato
mortali vel re ipsa iustificaberis, vel iustus a Deo de-
claraberis. Verba, quantumuis sancta, sunt peccata
morta-